

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Prelacio br
cum uariis

Quicumque desiderauerit primatum in terra, inueniet confusionem in celo, nec inter seruos Christi computabitur qui de primatu tractauerit, nec unusquisque eorum festinet quomodo aliis maior appareat sed quomodo omnibus inferior uideatur; quoniam non qui maior fuerit in honore ille iustior est, sed qui iustior fuerit ille est maior.

Crisostomus ibidem.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

Prelacio br] Prelacio bq L²; primatum] primum V¹; nec] et V¹ V² L¹ L²; Christi] non *add.* V² L¹ L²; unusquisque] unusquis B; quomodo] quo L¹ L²; appareat] uideatur P V¹ V² L¹ L²; uideatur] appareat P V¹ V² L¹ L²; est sed qui iustior *om.* V² L¹ L²; maior] conuersatio ergo melior est desideranda non dignior gradus *add.* V² L¹ L²; Crisostomus *om.* L¹ L²